

(I.) POENITENTIAM AB OPERIBUS MORTUIS.

Cujus vice Jacob Böhme ea tradit, in quibus nullum invenitur poenitentiae fundamentum, vel documentum, ad quam non requirit contritionem & fidem, sed considerationem trium horribilium catenarum, quibus alligata sit anima nostra per totum tempus vitae terrenae. Prima est Dei tremenda via, ceu abyssus tenebricosi mundi, quae centrum in creaticea vita (im Creatürlichen Leben) animae sit. Secunda, diaboli cupido erga animam, ut se nempe a Deo vertat voluntas hominis, & ingrediatur in eine Selbstheit. Tertia, corrupta caro, plena malis cupiditatibus. Deinde considerationem amissae imaginis divinae, & contractae larvae infernalis vermis. Cui tantum opus & promissum Christi ordinat, ut gaudium sit in caelo super peccatore, qui poenitentiam agit, cui largiatur Deus Spiritum S. ut in humanitate Christi secundum caelestem divinam essentiam regeneretur, daß er in der Menschheit Christi nach himmlischen Göttlichen Wesen werde in ihm selber neu geboren werden/pag 17. Von warer Buß: additis his precibus p. 21. Schlage doch du mich in meiner angenommenen Ichtheit zu Boden / und tödte durch deinen Tod meine Ichtheit. &c. Ecquis verò hinc poenitentiam ab operibus mortuis discet? quis non magis confundetur & stupescet, reliquis supra notatis affaniis simul expensis, quam ut perducatur ad veram poenitentiam? Etiam si accedant tricae Quakericae de sancta prece, antea in solem & pulverem productae, quibus specialiter recensendis immorari piget: addanturque, quae jam producta ex parte von dem Schlüssel zum Verstande Göttlicher Geheimniß / de POENITENTIA, & succenturientur commenta fanatica von der Gelassenheit / inter quae habentur ista Quakerica